

R. Terebinthinæ lotæ ꝑ.iiij.
 Olei rosati,
 Butyri recentis ana ꝑ.ij.
 Styracis calamitæ ꝑ.ij.
 Succu limonum quantum est pondus
 omnium, salis nitri ꝑ.ij.
 Salis communis ꝑ.ij.
 Misce omnia simul, & bulliât in olla noua, dein
 de remoueantur ab igne, & vbi tepuerint, adde vi-
 tellos ouorum recentium numero 4. Commisce
 omnia simul ad formam vnguenti, & vtere. ante
 purgationem, nullas lotiones aut vnctiones (ne
 que de butyro) manibus applicari voluit, quod
 ille plus materię ad locum pertraheret, si tamen
 omnino lauare vellet, faceret id cum decocto al-
 thææ, maluæ, & inungeret manus succo arancio-
 rum medijs saporis. Pedes tumescebant, lauit ex
 rosis, althea, camomilla, saluia, maiorana, pulegio,
 in vino & aqua coctis. Et quia ex malo regimine
 videbatur quasi principium cachexię, dedit Tro-
 chiscos de absinthio.

CONSILIVM CCCLXXV.

Ad scabiem post purgationem distillatam.

RECIPE Radicum ellebori nigri ꝑ.ij.
 Lapatij acuti man. x.
 Radicis ellebori albi ꝑ.ij.
 Limonum cum corticibus suis in fru-
 sta incisorum numero 15.

Therebinthinæ ꝑ.iiij.

Salis nitri ꝑ.ij.

Contundantur omnia simul, & fermententur
 per dies quatuor in vase mundo & bene cooper-
 to, ne transpiret, sepelianturq; in fimo equino:
 post fermentationem quatuor dierum extraha-
 tur primò aqua, deinde oleum: vtrunque opti-
 mè scabiem remouet, & cutem ab omni labe-
 mundabit.

*Vnguentum ad lepram datum, seu scabiem
 ortam ex vitio virtutis assimilati-
 ue, purgato ante vniuerso
 corpore.*

R. Radices lapatij ꝑ.iiij.

Radices ellebori nigri ꝑ.ij.

Ellebori albi ꝑ.ij.

Hordei fracti ꝑ.ij.

Bulliant omnia in suff. quant. aquæ ros. ad con-
 sumptionem duarum partium, deinde facta dili-
 genti expressione & colatura.

R. Salis nitri ꝑ.iiij.

Olei rosarum,

Butyri recentis ana ꝑ.ij.

Bulliant omnia simul ad consumptionem a-
 quæ. Deinde

R. Succu limonum ꝑ.iiij.

Terebinthinæ ꝑ.ij.

Misce omnia simul, & cum refrixerint addi-
 to vitellos ouorum recentes numero tres, & ser-
 ua. Inungatur scabies, scalpata prius. Succus limo-
 num cum nitro aptum vnguentum pro scabie
 Mont. in tract. simpl. facult.

A CONSILIVM CCCLXXVI.

Pro M. Flaminio qui scabie laborabat.

RECIPE Flores casia rec. ex ꝑ.ij.
 Confectionis Hamech ꝑ.ij.
 Aquæ buglossæ q. s. ad dissoluendum.
 Misce, fiat potio.

R. Syrupi de fumoterræ ꝑ.ij.

De Buglossa,

De Endiuia ana ꝑ.ij.

Decoctionis buglossæ,

Lupulorum,

Cichorij ꝑ.iiij.

Misce, fiat syrupus.

R. Pillu. Indarum de fumoterræ ana ꝑ.ij.

Misce cum aqua fumiterræ, reformentur pil. v.

R. Resinæ terebinthinæ lotæ ꝑ.ij.

Butyri recentis ꝑ.ij.

Salis ꝑ.ij.

Olei rosacei,

Costini,

Sulphuris viui ana ꝑ.ij.

Ouorum lutea duo.

Misce, fiat linimentum. Hoc linimentum mul-
 tum profuit. postea sequens pro absterfione in-
 stitutum.

R. Sulphuris viui ꝑ.ij.

Baccarum lauri ꝑ.ij.

Baccarum Iuniperi ꝑ.ij.

Salis ꝑ.iiij.

D Omnia contundantur & ligentur in petia, im-
 ponantur in oleo: in olla recondito, & sic hæc ali-
 quantulum bulliant, & postea accipiatur illa pe-
 tia, & cum ea fricetur corpus quando vadit æger
 dormitum seu singulis noctibus, seu alternis. Lo-
 co pillularum supradictarum possent sequentes
 confici.

R. Pil. Indarum de fumoterræ ana ꝑ.ij.

Cochiarum cum elleboro ꝑ.ij.

Misce, & fiant pillulæ. Hæc Montanum præ-
 scripsisse persuasit mihi amici liber, etiamsi vix
 fidem faciat. Nam cochias cum elleboro, & vsum
 istum sulphuris scio Montanū minimè probasse.

CONSILIVM CCCLXXVII.

*Ad abscessum exulceratum mollificandum &
 abstergendum.*

RECIPE Oesypi cerati descriptione
 Philagri ꝑ.ij.

Extendatur, &c. aut sic,

R. Diachylon siue gummi,

Dialthææ,

Myrrhæ,

Bdellij ana ꝑ.ij.

Cum modico ceræ, renouetur ceratum, & ex-
 tendatur in corio perforato in medio, & applice-
 tur loco, ne attingat os abscessus. Item

R. Mellis rosati,

Terebinthinæ ana ꝑ.ij.

Farinæ hordei mundæ ꝑ.ij.

Misce, & singulis vicibus addatur modicum vi-
 telli oui, & ponatur in filamentis, & imponatur
 in Apostemate pro digestionem.